

tanta enim ibi erit securitas ut etiam
 morti insultent scilicet dicentes
 ubi est mors contentio tua
 ubi est aculeus tuus. Sub audit
 nusquam erit quia ubi est summa vita
 imago mortis non erit ulla
 quia quae pugnant incertamine
 coronabuntur in remuneratione. Recte autem
 homo natus in mundo dicitur. cum
 anima fidelis ad futuram vitam
 transit. Quae sic consueta narra-
 tione nasci dicimus. cum de utero
 matris in mundum progredimur.
 sic fidelis anima spiritaliter nasci
 redit quando de erumna mor-

26B
 renascimur sine fine uicturi. Ca-
 nentes cum psalmista. Melior est
 dies una in atriis tuis super milia.
 Exponens autem dominus inquit similitu-
 dinem quam de muliere proposuerat.
 intelligere uellet. Ad iunxit.
 Et uos igitur nunc quidem tristitiam
 habetis. iterum autem uidebo uos. et
 gaudebit cor uestrum. et gaudium uestrum
 nemo tollet a uobis. Ac si diceret.
 Sicut mulier cum parit tristitiam
 habet. sic de mea ^{uof} passione con-
 tristabimini. Et sicut mulier
 nato puero gaudet. sic uos mea
 resurrexio letificabit. Sed quid est
 quod iterum uidebo uos. Numquid